

LIVI I LA HISTÒRIA DE ROMA

(Textos)

Curs 2008-2009 (Q2)

Dra. Esperança BORRELL VIDAL



Moneda de dos sicles de plata (c. 230 a.C.).
British Museum (Londres)

GID HESPERIA LATINA
UNIVERSITAT DE BARCELONA

ÍNDEX

	PÀGINA
<i>BATALLA DE CANNES</i>	
Bibliografia	3
Text llatí i notes	5

IBLIOGRAFIA BÀSICA

I. EDICIÓ DE TITUS LIVI

Titi Livi Ab urbe condita. Libri XXI-XXV (recogn. et adn. critica instr. C.F. WALTERS & R. S. CONWAY). Tomus III, Oxonii [Oxford], Clarendon Press, 1950- (reimpr. post.).

ALTRES EDICIONS:

Titi Livi ab urbe condita libri XXI-XXV (recogn. Thomas Alan DOREY). Leipzig, Teubner, 1971.

EDICIÓ ELECTRÒNICA: <http://www.thelatinlibrary.com>

II. EDICIONS COMENTADES I TRADUCCIONS

CAVASIN, A., *Tito Livio. Ab urbe condita, liber XXII* (introd. i notes de _____). Torí, Società Editrice Internazionale, 1942 (2^a. ed.).

COCCHIA, E., *Il Libro XXII delle Storie de Tito Livio* (coment. de _____). Torí, Chiantore, 1940.

GRIMAL, P., *L'explication latine en classes terminales*. París, Nathan, 1967, pàg. 357-371.

MARINER BIGORRA, S., *Tito Livio, Ab urbe condita. Libro XXII* (2a. ed. revisada per _____). Textos Clásicos anotados. Madrid, Ed. Gredos, 1967 (reimpr. post.).

PYPER, J., *Livy. Book XXII*. Oxford, Clarendon Press, 1919 (reimpr. 1959).

RIEMANN, O. – BENOIST, E., *Titi Livii ab urbe condita libri xxi-xxii. Texte latin et notes*. París, Hachette, 1887 (reimpr. posteriors).

SCIUTO, S., *Tito Livio. Episodi della seconda Guerra Punica*. Scrittori Latini. Torí, Società Editrice Internazionale, 1942.

THOMPSON, J. & PLAISTOWE, F.G., *Livy: Book XXII - Text and notes*. Londres, Univ. Tutorial Press (s.a.).

VALLEJO, J., *Tito Livio. Libros XXI-XXII*. Col. Emérita. Madrid, CSIC, 1947.

VALLET, G., *Tite Live, Ab urbe condita liber XXII. Histoires, livre XXII* (ed., introd. i comentari de _____). París, PUF, 1966.

VILLAR VIDAL, J.A., *Tito Livio. Historia de Roma desde su fundación. Libros XXI-XXV* (trad. i notes _____). Biblioteca Clásica Gredos 176, Madrid, Gredos, 1993.

III. ESTUDIS

FONTÁN, A., "Introducció " a *Titus Livi. Història de Roma* (text revisat, traducció i notes d'Antoni COBOS) Vol. I. Barcelona, Fundació Bernat Metge, 2002.

- JIMÉNEZ DELGADO, J., "El latín de Tito Livio", Cuadernos didácticos 140, Madrid, Public. de Dirección General de Enseñanza Media, 1961.
- RIEMANN, O., *Études sur la langue et la grammaire de Tite-Live*, Hildesheim, 1974 (= París, 1885).
- SIERRA, A., "Introducción general", a *Tito Livio, Historia de Roma desde su fundación. Libros I-III*, Biblioteca Clásica Gredos 144, Madrid, Gredos, 1990, pàg. 7-156.
- VALLET, G., "Un exemple de partialité chez Tite-Live: les premiers combats autour de Gereonium (Liv. XXII, 24)", *REL* 39, 1961, pàg. 182-195.
- HEALEY, M., *Cannae 216 BC. Hannibal smashes Rome's army*. Oxford, Osprey Publishing 1994 (reimpr. 1999).

IV. MANUALS DE SINTAXI I DICCIONARIS

- BASSOLS, M., *Sintaxis Latina*. Madrid, CSIC, 1992 (10a. reimpr. en 2 vol.).
- ERNOUT, A. - THOMAS, F., *Syntaxe latine*. París, Klincksieck, 1953 (2a. ed., nombroses reimpr. post.).
- TRAINA, A.- BERTOTTI, T., *Sintassi normativa della lingua latina. Teoria*. Bologna, Cappelli, 1993 (2a. ed.).
- SEVA, A. (dir.), *Diccionari llatí-català*, Barcelona, Enciclopèdia Catalana, 1993.
- GAFFIOT, F., *Dictionnaire latin-français*. París, Hachette, 1934 [édition revue et augmentée, París, Hachette, 2000].
- ERNOUT, A. – MEILLET, A., *Dictionnaire étymologique de la langue latine. Histoire des mots*. París, Klincksieck, 1985 (reimpr. de la 4a. ed. augmentada per J. ANDRÉ).

IV. WEBS INTERESSANTS

- <http://es.wikipedia.org/wiki/An%C3%ADbal>
- http://www.die-roemer-online.de/index.html?geschichte/cannae/schlacht_cannae.html
- http://digilander.libero.it/roccadicanne/index_file/la_ricerca/Rocca_di_Canne.htm
- http://es.wikipedia.org/wiki/Hondero_balear

Els cònsols romans marxen de Roma una mica després de l'entrada en combat (març de l'any 216 aC). Els exèrcits dels dos cònsols s'agrupen, comandats per Atili i Servili respectivament. Aleshores, Anníbal, que havia situat el seu campament d'hivern a Gereonium (vila de l'Apúlia), mou estratègicament les seves forces en direcció al sud, cap a Cannes, perquè la planúria afavoreix l'abastiment de les seves tropes. És en aquest lloc on es lliura la primera batalla després de la desfeta de Trasimè.

[40] ¹Aduersus ea consulis oratio haud sane laeta fuit, magis fatentis ea quae diceret uera quam facilia factu esse; ²dictatori magistrum equitum intolerabilem fuisse; quid consuli aduersus collēgam seditiōsum ac temerarium uirium atque auctoritātis fore? ³se populāre incendium priore consulātu semustum effugisse; optāre ut omnia prospere euenīrent; sed si quid aduersi caderet, hostium se telis potius quam suffragiis iratōrum ciuium caput obiectūrum.

⁴Ab hoc sermōne profectum Paulum tradunt prosequentibus primoribus patrum: plebeium consulem sua plebes prosecūta, turba conspectior cum dignitātes deessent. ⁵Vt in castra uenērunt, permixto nouo exercitu ac uetere, castris bifariam factis, ut noua minōra essent propius Hannibalem, in ueteribus maior pars et omne robur uirium esset, ⁶consulum anni priōris M. Atilium, aetātem excusantem, Romam misērunt, Geminum Seruiliū in minoribus castris legiōni Romānae et sociū peditū equitūque duōbus milibus praeficiunt. ⁷Hannibal quamquam parte dimidia auctas hostium copias cernēbat, tamen aduentu consulum mire gaudēre. ⁸Non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superābat sed ne unde raperet quidem quicquam reliqui erat, omni undique frumento, postquam ager parum tutus erat,

in urbes munitas conueto, ut uix decem diērum, quod compertum postea est, frumentum superesset Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporum expectata foret.

Notes

40. ¹ *magis... uera* • *factu*: dat. interpretat com a abl. de limitació (*uid.* Bassols I § 428) • *<Fabius> diceret* • ² *dictatori*: depèn d'*intolerabilem* • *quid... uirium atque auctoritatis*: interrogació retòrica • *consuli*: dat. poss. • *intolerabilem*: *uid.* 22, 27,1 perquè aleshores Minuci es vanava dels èxits bèl·lics i del suport popular • ³ *caderet*: v. simple en comptes del compost *accideret* • *populare incendium*: aquí en sentit metafòric 'el foc popular' > l'ira popular' • *hostium... obiecturum* = *se obiecturum caput telis hostium potius quam sufragiis ciuium iratorum*: oposició retòrica • *caput*: aquí és un terme jurídic (*capitis deminutio*) • ⁴ *ab*



hoc sermone: els cònsols partiren de Roma immediatament després; segons les *feriae Latinae* a mitjans de maig del calendari vigent aleshores (= al mes de març després de la reforma del calendari efectuada per Juli Cèsar) • *primoribus patrum*: 'els principals dels patricis' > 'els patricis principals' • *plebeium consulem*: Gai Terenci Varró • *turba*: apos. de *sua plebs* • *cum*: valor concessiu • *dignitates*: metonímia (abstracte per concret) 'els notables', 'autoritats' • ⁵ *castris bifariam factis*: obrat el campament en dos llocs (*facere castra* 'obrar un

campament', 'construir un campament') / *bifariam*: reforça la idea de l'agrupament dels dos exèrcits consolars; altrament, hom esperaria *binis castris* 'dos campaments' • *ut... essent*: consecutiu • *minora*: aposició de *noua <castra>* • *propius*: adv. comparatiu que, per

influència de *prope*, funciona, ja en llatí clàssic, com a preposició¹ (*uid.* Bassols I, § 257; Ernout-Thomas pàg. 116) • *in ueteribus <castris>* • *noua <castra> minora... in ueteribus <castris> maior pars*: constr. asimètrica (*uariatio*) • *omne robur uirium*: ‘tot el gruix de les forces’ • *⁶ aetatem excusantem*: ‘que presentava l’excusa de l’edat’ • *consulum... M. Atilium*: constr. peculiar de Livi ‘Marc Atili, <un> dels còsols’ • *Atilium*: Marc Atili Règul, segons Polibi (3, 116, 5) va morir a Cannes², però és possible que es tracti d’una confusió amb Minuci (*uid.* Liv. 22, 49, 16) • *socium*: gen. pl., qualifica *peditum equitumque* • *⁷ parte dimidia auctas*: Livi explica el detall del reclutament a 22, 36 • *mire* (= *mirifice*) • *gaudere*: inf. històric • *⁸ in diem*: ‘per al dia’ (la mateixa construcció a 22, 39, 13: *in diem raptō*), *uid.* Bassols I § 269, 2 • *reliqui*: gen. partitiu que depèn de *quicquam* • *omni... frumento... conuecto*: abl. abs. amb valor causal / *frumentum* ‘blat <en gra>’ • *⁹ parata fuerit*:

[41] ¹Ceterum temeritātī consulis ac praepropero ingenio materiam etiam fortūna dedit, quod in prohibendis praedatoribus tumultuario proelio ac procursu magis militum quam ex praeparāto aut iussu imperatōrum orto haudquāquam par Poenis dimicatio fuit. ²Ad mille et septingenti caesi, non plus centum Romanōrum sociorumque occīsis. Ceterum uictoribus effūse sequentibus metu insidiārum obstitit Paulus consul, ³cuius eo die —nam alternis imperitābant— imperium erat, Varrone indignante ac uociferante emissum hostem e manibus debellarique ni cessātum foret potuisse. ⁴Hannibal id damnum haud aegerrime pati; quin potius credere uelut inescātam temeritātem ferociōris consulis ac nouōrum maxime militum esse. ⁵Et omnia ei hostium haud secus quam sua nota erant: dissimiles discordesque imperitāre, duas prope partes tirōnum militum in exercitu esse. ⁶Itaque locum et tempus insidiis aptum se habēre ratus, nocte proxima nihil

¹ Cic. *Att.* 11, 3, 2 • Cic. *Phil.* 7, 26 • Caes. *Gall.* 1, 46, 1.


² “A l’últim, tots caigueren allí mateix, entre ells Marc Atili i Gneu Servili, els còsols de l’any anterior, que en aquesta batalla havien estat uns homes coratjosos i dignes de Roma” (trad. A. Ramon i Arrufat, vol. III, Barcelona, F.B.M., 1935).

praeter arma ferente secum milite castra plena omnis fortunae publicae priuataeque relinquit, ⁷transque proximos montes laeua pedites instructos condit, dextra equites, impedimenta per conuallem mediam tradūcit, ⁸ut diripiendis uelut desertis fugā dominōrum castris occupātum impeditumque hostem opprimeret. ⁹Crebri relictī in castris ignes, ut fides fieret dum ipse longius spatium fuga praeciperet falsa imagine castrōrum, sicut Fabium priore anno frustrātus esset, tenēre in locis consules uoluisse.

Notes

41. ¹*consulis* <Varronis> • *praepropero*: superlatiu semàntic mitjançant el preverbi *prae-* • *praedatoribus* <Poenis> • *tumultuario... orto* = *proelio tumultuario ac orto procursu magis militum quam ex praeparato aut iussu imperatorum* / *praeparato*: substantivat / *praepopero... prohibendis praedatoribus... proelio... procursu... praeparato... imperatorum*: al·literació / *imperatorum* = *consulum*; cal recordar que el consolat era una magistratura *cum imperio*, és a dir, amb poder suprem • *haudquaquam par*: lítote • ²*ad... caesi* <*sunt*>: tmesi = *accisi sunt* • *ceterum*: a Livi, sovint és sinònim de *sed* • *metu*: abl. de qualitat • ³*alternis* <*diebus*> • *Varrone... uociferante*: abls. abs. amb valor concessiu • *cessatum foret*: l'ús de *foret* per *esset* com a forma auxiliar és força freqüent a Livi • ⁴*haud aegerrime*: lítote • *pati... credere*: inf. històrics • *credere*: és la lectura dels manuscrits; és interessant, però, la conjectura *gaudere* proposada per Pluygers • *nouorum* <*militum*>: soldats novells, anomenats també *tirones*, terme emprat dues línies més avall • ⁵*omnia... ei nota erant* = *omnia... hostium ei nota erant* / *nota*: part. • *ei*: dat. agent • ⁶*milite... ferente*: abl. sg. amb sentit col·lectiu (Bassols I § 13) • ⁷*impedimenta*: l'armament pesat • *uelut*: modifica *desertis* (Bassols I § 405) • *per mediam conuallem* Bassols I § 147, 2 • ⁸*hostem*: sg. col·lectiu (Bassols I § 13) • ⁹*relictī* <*sunt*> • *fides fieret*: 'fer creure' • *in locis*: els dos llocs en què s'havia situat el campament romà • *priore anno*: uid. Livi 22, 16, 6 – 17, 7.

[42] ¹Vbi inluxit, subductae primo statiōnes, deinde propius adeuntibus insolitum silentium admiratiōnem fecit. ²Tum satis comperta solitudine in castris concursus fit ad praetoria consulum nuntiantium fugam hostium adeo trepidam ut tabernaculis stantibus castra reliquerint,



quoque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. ³Clamor inde ortus ut signa proferri iubērent ducerentque ad persequendos hostes ac protinus castra diripienda et consul alter uelut unus turbae militāris erat: ⁴Paulus etiam atque etiam dicere prouidendum praecauendumque esse; postrēmo, cum aliter neque seditiōnem neque ducem seditiōnis

sustinēre posset, Marium Statilium praefectum cum turma Lucāna explorātum mittit. ⁵Qui ubi adequitāuit portis, subsistere extra munimenta ceteris iussis ipse cum duōbus equitibus uallum intrāuit speculatusque omnia cum cura renuntiat insidias profecto esse: ⁶ignes in parte castrōrum quae uergat in hostem relictos; tabernacula aperta et omnia cara in promptu relictā; argentum quibusdam locis temere per uias uel<ut> obiectum ad praedam uidisse. ⁷Quae ad deterrendos a cupiditāte animos nuntiāta erant, ea accendērunt, et clamōre orto a militibus, ni signum detur, sine ducibus itūros, haudquāquam dux defuit; nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi. ⁸Paulus, cum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent, nuntiāri iam efferenti porta signa collēgae iussit. ⁹Quod quamquam Varro aegre est passus, Flamini tamen recens casus Claudique consulis primo Punico bello memorāta nauālis clades religiōnem animo incussit. ¹⁰Di prope ipsi eo die magis distulēre quam prohibuēre imminentem pestem Romānis; nam forte ita euēnit ut, cum referri signa in castra iubenti consuli milites non parērent, ¹¹serui duo Formiāni unus, alter Sidicīni equitis,

qui Seruilio atque Atilio consulibus inter pabulatōres excepti a Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos; deductique ad consules nuntiant omnem exercitum Hannibalis trans proximos montes sedēre in insidiis. ¹²Horum opportūnus aduentus consules imperii potentes fecit, cum ambitio alterius suam primum apud eos praua indulgentia maiestātem soluisset.

Notes

42. ¹*fecit*: concordança *ad sensum* i zeugma • ²*concursus... nuntiantium* <militum> • *praefectum*: oficial de cavalleria • *turma*: esquadró format per 30 genets • *quoque* = *et quo* (Bassols II § 306) • *relictos* <*ab hostibus*> • ³*iuberent ducerentque* <consules> • *consul alter*: la interpretació de quin dels cònsols es refereix, no és unànime: la majoria s'inclina per Varró, però altres per Paulus • *unus turbae militaris*: atès que *unus* és aquí aposició d'*alter*, hom esperaria *unus ex turba militari* • ⁴*dicere*: inf. històric • *exploratum*: supí • ⁶*in hostem* [= *Romanos*], des de l'òptica d'Anníbal • *uel*<*ut*> *obiectum*: Bassols I § 405 • ⁸*pulli*: els pollets van deixar de menjar, fet que era considerat un mal presagi (*uid.* Livi 8, 30, 2:) • *pulli... auspicio non addixissent*: tecnicisme religiós, concretament de la parla dels àugurs, 'els pollets no eren favorables d'acord amb els auspicis'³ • ⁹*Flamini... recens casus*: Gai Flamini Nepot, era el general que comandava l'exèrcit romà a la batalla de Trasumè, amb resultat advers com a conseqüència d'un acte d'impietat: el menyspreu dels auspicis • *Claudi... consulis... memorata naualis clades*: l'any 249 aC es produí la gran desfeta d'Api Claudi Pulcre al port de Drèpan (avui, Trapani, N.E. de Sicília) després d'haver ignorat els mals auspicis • *religionem*: 'temor religiós', 'escrúpul' • ¹¹*duo serui* = *duo calones* 'assistents dels soldats' • *Formiani*: de Fòrmies, ciutat de la costa del Laci • *Sidicini*: sidicí, habitant de *Sidicum*, poble de la Campània • *Seruilio atque Atilio consulibus*: Servili i Atili havien estat cònsols l'any anterior.

³ La fórmula afirmativa és: *pulli / aues addicunt auspicio*; també es podia emprar simplificadament *addicunt*.

[43] ¹Hannibal postquam motos magis inconsulte Romānos quam ad ultimum temere euectos uidit, nequīquam detecta fraude in castra rediit. ²Ibi plures dies propter inopiam frumenti manēre nequit, nouaque consilia in dies non apud milites solum mixtos ex conluuīōne omnium gentium sed etiam apud ducem ipsum oriebantur. ³Nam cum initio fremitus, deinde aperta uociferatio fuisset exposcentium stipendium debitum querentiumque annōnam primo, postrēmo famem, et mercennarios milites, maxime Hispāni generis, de transitiōne cepisse consilium fama esset, ⁴ipse etiam interdum Hannibal de fuga in Galliam dicitur agitasse ita ut relicto peditātu omni cum equitibus se proriperet. ⁵Cum haec consilia atque hic habitus animōrum esset in castris, mouēre inde statuit in calidiōra atque eo maturiōra messibus Apuliae loca, simul ut, quo longius ab hoste recessisset, eo transfugia impeditiōra leuibis ingeniis essent. ⁶Profectus est nocte ignibus similiter factis tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par priōri metus contineret Romānos. ⁷Sed per eundem Lucānum Statilium omnibus ultra castra transque montes explorātis, cum relātum esset uisum procul hostium agmen, tum de insequendo eo consilia agitāri coepta. ⁸Cum utriusque consulis eadem quae ante semper fuisset sententia, ceterum Varrōni fere omnes, Paulo nemo praeter Seruiliū, priōris anni consulem, adsentirētur, ⁹<ex> maiōris partis sententia ad nobilitandas clade Romāna Cannas urgente fato profecti sunt. ¹⁰Prope eum uicum Hannibal castra posuerat auersa a Volturno uento, qui campis torridis siccitāte nubes pulueris uehit. ¹¹Id cum ipsis castris percommodum fuit, tum salutāre praecipue futūrum erat cum aciem dirigerent, ipsi auersi, terga tantum adflante uento, in occaecātum puluere offūso hostem pugnātūri.

Notes

43. ¹*nequiquam... rediit* • ²*in dies*: 'dia a dia' (Bassols I § 269, 2) • *mixtos in conluuione*: redundança • *ut*: explicatiu • *equitibus*: metonímia [= *equitatu*] • ⁵*mouere* <castra> • *messibus*: dat. • *transfugia*: neologisme • *ingeniis*: metonímia [= *pedites*] • ⁷*per eundem Lucanum Statilium*: Bassols I § 254 / *Lucanum*: gentilici, lucà, habitant de Lucània • *cum... tum*: 'quan... aleshores' • *de insequendo eo* <hoste / agmine> • ⁹*adsentiretur*: zeugma i concordança *ad sensum* amb el subjecte més proper • ¹⁰*eum uicum* [= *Cannas*]: segons Polibi (3, 107, 2-4) era un lloc que els romans feien servir com a dipòsit de blat • *Volturnus*: vent del S.E. (= gr. *Eurus*; cat. 'xaloc', cast. 'siroco') • ¹¹*percommodum... salutare praecipue*: superlatius semàntics gràcies als prefixos *per-* i *prae-* / *salutare*: adj. • *terga*: depèn del preverbi *ad-* d'*adflante* • *occaecatatum... offuso*: el preverbi *ob-* reforça la imatge que els romans tenien núbol de pols al seu davant.



[44] ¹Consules satis explorātis itineribus sequentes Poenum, ut uentum ad Cannas est et in conspectu Poenum habēbant, bina castra communiunt, eodem ferme interuallo quo ad Gereonium sicut ante copiis diuīsis. ²Aufidus amnis, utrisque castris adfluens, aditum aquatoribus ex sua cuiusque opportunitāte haud sine certamine dabat; ³ex minoribus tamen castris, quae posita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romāni, quia ripa ulterior nullum habēbat hostium praesidium. ⁴Hannibal spem nactus locis natis ad equestrem pugnam, qua parte uirium inuictus erat, factūros copiam pugnandi consules, dirigit aciem lacessitque Numidarum procursatione hostes. ⁵Inde rursus sollicitari seditione militari ac discordia consulum Romana castra, cum Paulus Sempronique et Flamini temeritatem Varroni Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabium obiceret ⁶testareturque deos hominesque hic nullam penes se culpam esse, quod Hannibal iam uel<ut> usu cepisset Italiam; se constrictum a collega teneri; ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus; ⁷ille, si quid

proiectis ac proditis ad inconsultam atque improudam pugnam legionibus accideret, se omnis culpa exsortem, omnis euentus participem fore diceret; uideret ut quibus lingua prompta ac temeraria, aeque in pugna uigerent manus.

Notes

44. ¹ *Poenum...* *Poenum*: el primer es refereix a l'exèrcit comandat per Anníbal, el segon al campament púnic • *ut uentum... est... et... habebant*: constr. asimètrica (*uariatio*) / *habebant*: pret. imperfet duratiu, atès que els púnics encara estaven a la vista • *bina castra*: 'dos campaments'; el distributiu *bina*, normatiu per als *pluralia tantum*, posa en evidència la divisió existent en els dos exèrcits consulars, sobretot si es compara amb l'expressió *castris bifariam factis*, emprada en el cap. 40, 5, on l'adverbi *bifariam* posava en relleu que es tractava d'un sol campament situat en dos indrets propers • ² *utrisque astris*: dat. / *utrisque*: Bassols I § 207 • ³ *ripa ulterior*: el marge esquerre • ⁴ *qua parte uirium* = *parte uirium qua*: òbviament es refereix a la cavalleria • *inuictus*: adj. • ⁵ *sollicitari*: inf. històric • *-que... et*: combinació de coordenades –emprada ja en el període arcaic i per l'arcaitzant Sal·lusti– característica del període postclàssic (Bassols II § 96, 1; Ernout-Thomas § 427) • *obiceret*: zeugma • ⁶ *hic* [= *Varro*] • *penes*: prep. emprada especialment en expressions de caràcter jurídic (cf. *infra* 45, 4) • *usu... cepisset*: paraules amb les quals Varró, per aixecar els ànims contra Paulus, al·ludia a la usucapió, dret que, a partir de la Llei de les XII Taules, atorgava la propietat d'un territori o d'una cosa per possessió o ús ininterromput durant dos anys, el temps que, si fa no fa, feia que Anníbal era a la Península Itàlica. • *ferrum*: metonímia [= *gladium*] • ⁷ *ille* [= *Paulus*] • *pugnare cupientibus*: amb inf. perquè conserva la noció verbal • *quibus... temeraria* <esset> • *omnis culpa exsortem, omnis euentus participem*: paral·lelisme / *exsortem* + gen.: ús no clàssic • *uideret* <Varro>: subj. jussiu (Bassols II § 352) • *ut*: completiu (Bassols II § 186) • *quibus... temeraria* <esset>.

G. Vallet, T. *Livi ab urbe condita liber XXII*. París, PUF, 1966, pàg.161



Hipòtesi de l'emplaçament dels dos campaments romans i del cartaginès

a) en el marge dret del riu (segons Kromayer)

b) en el marge esquerre (segons De Sanctis)

--- antic curs del riu Àufid (avui, Ofanto)

+++ necròpolis medieval

[45] ¹Dum altercationibus magis quam consiliis tempus teritur, Hannibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, ²cum in castra ceteras reciperet copias, Numidas ad inuadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit. ³Quam inconditam turbam cum uixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in stationem quoque pro uallo locatam atque ipsas prope portas euecti sunt. ⁴Id uero indignum uisum ab tumultuario auxilio iam etiam castra Romana terreri, ut ea modo una causa ne extemplo transirent flumen dirigerentque aciem tenuerit Romanos quod summa imperii eo die penes Paulum fuerit. ⁵Itaque postero die Varro, cui sors eius diei imperii erat, nihil consulto collega signum proposuit instructasque copias flumen traduxit, sequente Paulo quia magis non probare quam non adiuuare consilium poterat. ⁶Transgressi flumen eas quoque quas in castris minoribus habuerant copias suis adiungunt atque ita instructa acie in dextro cornu –id erat flumini propius– Romanos equites locant,

deinde pedites: ⁷laeuum cornu extremi equites sociorum, intra pedites, ad medium iuncti legionibus Romanis, tenuerunt: iaculatores ex ceteris leuium armorum auxiliis prima acies facta. ⁸Consules cornua tenuerunt, Terentius laeuum, Aemilius dextrum: Geminio Seruilio media pugna tuenda data.

Notes

45. ¹ *ad multum diei*: constr. no clàssica (cf., per ex.: *ad multum diem* [Cic. Att. 3, 9, 11] i *multo die* [Caes. Gall.1, 22, 4], però *per centrum lineae* [Vitruvi 1, 6, 13] en comptes de *per mediam lineam*) • ² *ex minoribus castris*: depèn d'*aquatores* (constr. no clàssica però freqüent a Livi) / *ex* per *e* • ³ *quam inconditam turbam* <Romanorum> / *quam*: (Bassols II § 241-243 • *in stationem... atque... portas* • *prope*: adv. (cf. *in ipsis prope portis* (Livi 1, 14, 4); *a porta prope Collina* (2, 64,)) • *euecti sunt*: veu mitja (Bassols I § 278, 3) • ⁴ *terreri*: expl. d'*id... uisum* <est> • *tumultuario auxilio*: 'una tropa auxiliar improvisada'; contraposició a *castra Romana* / *auxilio*: generalment en pl. • *quod*: explicativa (Bassols II § 193,4) • *penes*: prep. emprada especialment en expressions de caràcter jurídic (cf. *supra* 44, 6) • ⁵ *sors eius diei imperii*: cal recordar, com acaba de dir Livi, que el comandament de l'exèrcit alternava diàriament entre Varró i Paulus • *magis... quam*: hom esperaria *potius... quam* 'mes aviat podia ajudar que aprovar <l'atac>' • *nihil*: ac. adv. • *signum proponere*: el senyal de combat consistia en exhibir una banderola vermella a la tenda del general • *flumen*: depèn del preverbi *trans-* • ⁶ *transgressi* <consules> • *flumini propius*: no especifica el marge del riu / *propius*: predicat nominal (Bassols I § 167) • ⁷ *pedites* <sociorum> • *iaculatores... prima acies facta* [= *iaculatores prima acies facti sunt*] • *laeuum armorum*: gen. de qualitat (Bassols I § 74) • *media pugna* [= *media acie*): Bassols I § 147, 2.

LAEVVM CORNV	media pugna		DEXTRVM CORNV
extremi			flumini propius
equites	pedites	pedites	equites
socii		Romani	
Varro	Geminus Seruilius		Paulus

[46] ¹Hannibal luce prima Baliaribus leuique alia armatura praemissa transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie locabat, ²Gallos Hispanosque equites prope ripam laeue in cornu aduersus Romanum equitatum; ³dextrum cornu Numidis equitibus datum media acie peditibus firmata ita ut Afrorum utraque cornua essent, interponerentur his medii Galli atque Hispani. ⁴Afrorum Romanam [magna ex parte] crederes aciem; ita armati erant armis et ad Trebiam ceterum magna ex parte ad Trasumennum captis. ⁵Gallis Hispanisque scuta eiusdem formae fere erant, dispares ac dissimiles gladii, Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispano, punctim magis quam caesim adueto petere hostem, breuitate habiles et cum mucronibus. Ante alios habitus gentium harum cum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat: ⁶Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis praetextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, constiterant. Numerus omnium peditum qui tum steterunt in acie milium fuit quadraginta, decem equitum. ⁷Duces cornibus praeerant sinistro Hasdrubal, dextro Maharbal; mediam aciem Hannibal ipse cum fratre Magone tenuit. ⁸Sol seu de industria ita locatis seu quod forte ita steterunt peropportune utrique parti obliquus erat Romanis in meridiem, Poenis in septentrionem uersis; ⁹uentus –Volturnum regionis incolae uocant– aduersus Romanis coortus multo puluere in ipsa ora uoluendo prospectum ademit.

Notes

46. ¹ *Baliaribus leuique alia armatura praemissa*: constr. asimètrica i concordança *ad sensum* / *leuis armatura*: dues javelines (*hasta* / *pilum*), espasa (*gladius*) i punyal (*pugio*) • *quosque*: Bassols I § 206 • ³ *datum* <est> • *utraque cornua* <*peditum*>: Bassols I § 207 • *medii Galli atque Hispani*: Bassols I § 147, 2 • ⁴ [*media ex parte*]: amb els claudàtors els

editors indiquen que es tracta d'una interpolació, deguda probablement a un error, per anticipació, dels copistes, atès que el mateix sintagma es troba també a la línia següent • *crederes*: subjuntiu potencial referit al passat (Bassols I § 352, 3) • *ad Trebiam... ad Trasumennum*; Bassols I § 237 / *Trebia* 'Trèbia': afluent del riu Padus (avui, Po), a les ribes del qual es lliurà la primera (218 aC) de les tres grans batalles en què Anníbal aconseguí vèncer els romans • *Trasumennus* 'Trasumè': llac que dona nom a la segona gran victòria d'Anníbal (217 aC) • ⁵ *Gallis Hispanisque*: dat. poss. • *scuta*: fets de ferro • *eiusdem formae*: gen. descriptiu • *disparēs ac dissimiles* 'desiguals i diferents' • *praelongi*: superl. expressiu; els escuts dels gals tenien gairebé un metre de llargària • *adsueto petere*: constr. poètica (Bassols I § 378); habitualment + abl. / *ad* + ac. / dat. • *breuitate*: abl. de causa • *ante alios*: compl. d'*habitus... terribilis* / *ante*: Bassols I § 239 • *terribilis*: positiu per comparatiu (Bassols I § 150) • *miliū... quadraginta, decem* <milia> • *seu... locatis* <eis> *seu quod*: constr. asimètrica (Bassols I § 141) • *Romanis*: dat.



<http://www.mallorcaweb.net/foners/historia/BALEARs.pdf>

[47] ¹Clamore sublato procursum ab auxiliis et pugna leuibus primum armis commissa; deinde equitum Gallorum Hispanorumque laeuum cornu cum dextro Romano concurrat, minime equestris more pugnae; ²frontibus enim aduersis concurrendum erat, quia nullo circa ad euagandum relicto spatio hinc amnis, hinc peditum acies claudebant. ³In directum utrimque nitentes, stantibus ac confertis postremo turba equis uir uirum amplexus detrahebat equo. Pedestre magna iam ex parte certamen factum erat; acrius tamen quam diutius pugnatum est pulsique

Romani equites terga uertunt. ⁴Sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna, primo et uiribus et animis par dum constabant ordines Gallis Hispanisque; ⁵tandem Romani, diu ac saepe conisi, aequa fronte acieque densa impulere hostium cuneum nimis tenuem eoque parum ualidum, a cetera prominentem acie. ⁶Impulsis deinde ac trepide referentibus pedem institere ac tenore uno per praeceps pauore fugientium agmen in mediam primum aciem inlati, postremo nullo resistente ad subsidia Afrorum peruenerunt, ⁷qui utrimque reductis alis constiterant †media, qua Galli Hispanique steterant, aliquantum prominente acie†. ⁸Qui cuneus ut pulsus aequauit frontem primum, dein cedendo etiam [in] sinum in medio dedit, Afri circa iam cornua fecerant inruentibusque incaute in medium Romanis circumdedere alas; mox cornua extendendo clausere et ab tergo hostes. ⁹Hinc Romani, defuncti nequiquam [de] proelio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, ¹⁰[et] aduersus Afros integram pugnam ineunt, non tantum [in] eo iniquam quod inclusi aduersus circumfusus sed etiam quod fessi cum recentibus ac uegetis pugnabant.

Notes

47. ¹*clamore sublato*: Al·lusió al crit de guerra amb què es començava qualsevol combat • *procursum <est>... commissa <est>* • *ab auxiliis... leuibus armis*: asimetria / *leuibus armis*: abl.; metonímia per *hastatis* ‘soldats armats amb llança’. L’armament lleuger constava de dues javelines (*hasta* / *pilum*), espasa (*gladius*) i punyal (*pugio*) • ²*frontibus aduersis*: ‘cara a cara’, ‘de front’ • ³*nitentes... uir uirum amplexus detrahebat*: concordança *ad sensum* / *uir uirum*: sing. col·lectiu (Bassols I § 13) • *turba*: abl. de causa • *detrahebat*: pret. imperf. de conat (Bassols I § 304) • *acrius... quam diutius*: Bassols I § 149, cf. cat. ‘millor que pitjor’ • ⁴*Gallis Hispanisque*: dat. simpatètic (Thompson & Plaistowe i Grimal), Bassols I § 96 • *uno tenore* ‘ininterrompudament’ • *praeceps*: predic. d’*agmen* • *cuneus*: tecnicisme militar ‘formació triangular d’un batalló’ • ⁶*impulsis*

<Gallis Hispanisque> • *institere... peruenerunt* <Romani> • ⁸ *irruentibus... Romanis*: dat. simpatètic (Bassols I § 96) • *et = etiam* • *eo... quod* • ¹⁰ *terga caedere*: 'atacar en la fuga'.

[48] ¹Iam et sinistro cornu Romanis, ubi sociorum equites aduersus Numidas steterant, consertum proelium erat, segne primo et a Punica coeptum fraude. ²Quingenti ferme Numidae, praeter solita arma telaque gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum cum ab suis parmas post terga habentes adequitassent, ³repente ex equis desiliunt parmisque et iaculis ante pedes hostium proiectis in mediam aciem accepti ductique ad ultimos considerare ab tergo iubentur. Ac dum proelium ab omni parte conseritur, quieti manserunt; ⁴postquam omnium animos oculosque occupauerat certamen, tum arreptis scutis, quae passim inter acervos caesorum corporum strata erant, auersam adoriuntur Romanam aciem, tergaque ferientes ac poplites caedentes stragem ingentem ac maiorem aliquanto pauorem ac tumultum fecerunt. ⁵Cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala iam spe proelium esset, †Hasdrubalt† qui ea parte praeerat, subductos ex media acie Numidas, quia segnis eorum cum aduersis pugna erat, ⁶ad persequendos passim fugientes mittit, Hispanos et Gallos pedites Afris prope iam fessis caedere magis quam pugna adiungit.

Notes

48. ¹ *quingenti... cum...* [= *cum quingenti...*]: hipèrbaton • *ubi*: adv. • *et*: valor inclusiu 'també' • *a Punica... fraude*: abl. de punt de partida > causa • ² *quingenti... adequitassent* = *cum quingenti ferme Numidae, praeter solita arma telaque gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum ab suis parmas post terga habentes adequitassent* / *arma telaque*: aquí és clara diferencia entre *arma* 'les armes defensives (= l'armadura)' i *tela* 'les ofensives' / *parmas*: escuts petits, rodons i de ferro • *habentes*: 'tenint' > 'amb', cf. amb el sentit del participi ἔχοντες / *adequitassent*: forma atemàtica (paral·lela d'*adequitauissent*) •

³*parmis... et iaculis*: recull l'expressió emprada més amunt *arma telaque* • *ad ultimos* <*ordines militum*>: 'la rereguarda' • *accepti ductique... considerare iubentur*: constr. d'inf. amb nom. (Bassols II § 226) • ⁴*omnium animos oculosque* 'l'atenció i la mirada de tothom' • *arreptis scutis* <*Romanorum*> / *scutis*: escuts llargs, d'ús habitual de la infanteria • *auersam... Romanam aciem*: 'el front romà per darrere' • *adoriuntur*: pres. històric • *poplites caedentes*: tecnicisme • ⁵*alibi... alibi*: les dues parts del front de batalla (cf. la situació dels exèrcits a la il·lustració de la pàg. 9) • *in mala spe*: amb *in* + abl. per tal de posar en relleu la situació en què es tribaven 'en mig d'una mala expectativa' > 'amb males expectatives' • *Afris... fessis*: dat.

[49] ¹Parte altera pugnae Paulus, quamquam primo statim proelio funda grauius ictus fuerat, ²tamen et occurrit saepe cum confertis Hannibali et aliquot locis proelium restituit, ³protegentibus eum equitibus Romanis, omissis postremo equis, quia consulem et ad regendum equum uires deficiebant. Tum denuntianti cuidam iussisse consulem ad pedes descendere equites dixisse Hannibalem ferunt: "quam mallem, uinctos mihi traderet". ⁴Equitum pedestre proelium, quale iam haud dubia hostium uictoria, fuit, cum uicti mori in uestigio mallent quam fugere, uictores morantibus uictoriam irati trucidarent quos pellere non poterant. ⁵Pepulerunt tamen iam paucos superantes et labore ac uulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam qui poterant repetebant.

⁶Cn. Lentulus tribunus militum cum praeteruehens equo sedentem in saxo cruore oppletum consulem uidisset, ⁷"L. Aemili" inquit, "quem unum insontem culpa cladis hodiernae dei respicere debent, ⁸cape hunc equum, dum et tibi uirum aliquid superest <et> comes ego te tollere possum ac protegere. Ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris; etiam sine hoc lacrimarum satis luctusque est". ⁹Ad ea consul: "tu

quidem, Cn. Corneli, macte uirtute esto; sed caue, frustra miserando exiguum tempus e manibus hostium euadendi absumas. ¹⁰Abi, nuntia publice patribus urbem Romanam muniant ac priusquam uictor hostis adueniat praesidiis firment; priuatim Q. Fabio L. Aemilium praeceptorum eius memorem et uixisse [et] adhuc et mori. ¹¹Me in hac strage militum meorum patere exspirare, ne aut reus iterum e consulatu sim <aut> accusator collegae existam ut alieno crimine innocentiam meam protegam." ¹²Haec eos agentes prius turba fugientium ciuium, deinde hostes oppressere; consulem ignorantes quis esset obruere telis, Lentulum in tumultu abripuit equus. ¹³Tum undique effuse fugiunt. Septem milia hominum in minora castra, decem in maiora, duo ferme in uicum ipsum Cannas perfugerunt, qui extemplo a Carthalone atque equitibus nullo munimento tegente uicum circumuenti sunt. ¹⁴Consul alter, seu forte seu consilio nulli fugientium insertus agmini, cum quinquaginta fere equitibus Venusiam perfugit. ¹⁵Quadraginta quinque milia quingenti pedites, duo milia septingenti equites, et tantadem prope ciuium sociorumque pars, caesi dicuntur; in his ambo consulum quaestores, L. Atilius et L. Furius Bibaculus, ¹⁶et undetriginta tribuni militum, consulares quidam praetoriiue et aedilicii —inter eos Cn. Seruilius Geminus et M. Minucius numerant, qui magister equitum priore anno, <consul> aliquot annis ante fuerat— ¹⁷octoginta praeterea aut senatores aut qui eos magistratus gessissent unde in senatum legi deberent cum sua uoluntate milites in legionibus facti essent. ¹⁸Capta eo proelio tria milia peditum et equites mille et quingenti dicuntur.

Notes

49. ¹ *primo... proelio*: Bassols I § 147, 2 • ² *cum confertis <equitibus>* • ³ *et [= etiam]* • *tum.. ferunt* = *ferunt tum Hannibalem dixisse cuidam <sibi> denuntianti consulem iussisse equites ad pedes descendere* • *mallem*: subj. potencial, referit al

present • *traderet*: subj. jussiu • *quam*: segon terme de *mallent* (> *magis uolo*) • ⁴<*tale*> *quale iam haud dubiā hostium uictoriā* <*esse solet*> • *cum uicti... mallent... uictores... trucidarent*: juxtaposició significativa atès que pot tenir valor adversatiu • *in uestigio*: ‘en la seva posició’ • *morantibus*: dat. de dany (Bassols I § 93) depenent d’*irati* ‘enrabiats contra els qui demoraven la victòria’ • ⁵*superantes*: part. substantivat ‘supervivents’ • ⁶*tribunus militum*: categoria d’oficial de l’exèrcit romà que en aquell moment era designat pel senat i formava part de l’estat major dels generals i podia rebre l’encàrrec de comandar les tropes; n’hi havia sis per legió • *L. Aemili*: vocatiu • *insontem*: ‘no culpable’ • ⁷*uirium*: gen. part. depenent d’*aliquid* • ⁸*ne... feceris*: subj. jussiu de passat (Bassols I § 347) • *satis*: subjecte (Bassols II § 168) • *lacrimarum satis luctusque*: gen. part. depenents de *satis* • ⁹*ad ea consul* <*dixit*> • *uirtute*: abl. de causa • *macte*: tecnicisme religiós, emprat generalment en ofrenes o en sacrificis; etimològicament, segons els antics, contracció de **magis-auctus* / *macte esto*: construcció inintel·ligible en llatí [calc de l’expressió grega ὄλβιε κῶρε γένοιο (= ὄλβιος, κῶρε, γένοιο) de Teòcrit (17, 66), amb atracció del vocatiu], on *macte* –probablement un vocatiu– es percebia com a forma invariable > adverb; en el llenguatge popular, s’emprava com a fórmula d’encoratgement (*uid.* Ernout-Meillet, s.u. *mactus*) • ⁹⁻¹⁰*caue frustra... absumas. abi, nuntia...muniant ac...firment*: parataxi; subjuntius jussius • *patribus*: tecnicisme emprat per a esmentar els senadors romans (cal recordar que antigament els ‘pares de família’ eren senadors per dret propi) • *priusquam... aduenit*: aquí amb indicatiu per influència del llenguatge familiar (Bassols II § 159) • *manibus*: ambigüitat semàntica? • *publice... priuate*: contraposició • ¹¹*patere*: pres. d’imperatiu de *pator* • *me*: prolepsi, subjecte d’*exspirare* • ¹³*Cannas*: apos. d’*in uicum ipsum* • *nullo... tegente*: abl. abs. amb valor causal • ¹⁴*consul alter* = Varró • *Venusia*: ciutat del sud de l’Apúlia • ¹⁸*capta* <*esse*>... *dicuntur*: constr. d’inf. amb nom.

[50] ¹Haec est pugna [Cannensis], Alliensi cladi nobilitate par, ²ceterum ut illis quae post pugnam accidere leuior, quia ab hoste est cessatum, sic strage exercitus grauior foediorque. ³Fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit, ita exercitum seruauit: ad Cannas fugientem consulem

uix quinquaginta secuti sunt, alterius morientis prope totus exercitus fuit.



Ruïnes de Cannae, a prop de l'escenari de la batalla

<http://www.gloriaderoma.com/CANNAS.jpg>



http://digilander.libero.it/roccadicanne/index_file/la_ricerca/Rocca_di_Canne.htm